

Universitätsbibliothek Paderborn

R. P. Richardi Arsdekin Soc. Jesu Sac. Theol. Professoris Theologia Tripartita Universa

Complectens nunc Bibliothecam perfectam Viri Ecclesiastici, ordine
sequenti

Controversiae Heterodoxae Ac Scholasticae - Cum speciali Notitia rerum
Modernarum, & Chronologia totius Monarchiae Sacrae, & Saecularis,
Pontificum, Conciliorum &c. Haeresum omnium, ac Propositionum
damnatarum Mundi Sex Aetatum ...

Archdekin, Richard

Dilingae, 1687

Articulus III. Confusio & discordia sectarum quæ ex Lutheranismo & aliis
prodierunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38447

Art. II. Notæ falsæ Ecclesiæ in Sectis modernis.

ri potest, ut Rex aliquis per suos ministros. Tandem illi Deum terris relegatum suo cœlo circumscriberent, cum impio apud Psalmistam Cœlum cœli Domino, terram autem dedit filiis hominum.

Quantitatem in Deo, quæ sine divisibilitate non concipiatur, constituit Remonstrantibus cum Vorstio, ostendunt & accusant Contra-Remonstrantes. De hac enim quantitate sic loquitur Conradus Vorstius lib. de Deo pag. 239. ut dicat negari non posse magnitudinem etiam propriè dictam Deo in S. Scriptura attribui : ac porrò interrogat : *Quid veteret etiam Spiritum, inō & Deum ipsum suam habere Spirituale magnitudinem, non sensibilem quidem sed aliquo tamē modo intelligibilem.* Et pag. 240. contradictionis insimulat quod dictum est ab Augustino lib. 5. de Trinitate cap. 2. Deum esse magnum sine quantitate. Denique pag. 241. *Cum, inquit, Deus respectu substantia sua magnus esse dicitur, certe aliquam hic Quantitatatem & cogitari, & esse oportet.* Ac pag. sequenti: *Firmiter credo Deum respectu substantia verè magnum esse.* Quis tales de Deo ex schola Calviniana errores non abhorreat, nisi, ut quidam loquitur, pro cerebro cucurbitam habeat?

Immutabilitatem Deo admunt Remonstrantes: Quod adeò perspicue ostenditur, ut de eo etiam ipse Jacobus Rex Anglia anno 1611. per litteras ad suum Legatum, illos graviter accusaverit. Patet error ille gravissimus ex eodem Remonstrantium Doctore summo Conrado Vorstio pag. 211. *Divina voluntas semper principium cuiusdam mutabilitatis est, etiam in ipso Deo, quippe per quam Deus aliter atque aliter habere se & potest, & solet, tum volendo, tum contemplando, &c pag. 213.* *Absoluta & simplex immutabilitas* hoc in parte Deo attribui non debet. Hoc enim nihil aliud est, quam actionem Dei liberam, hoc est, à libera causa pendente, cum ipso Deo confundere, sive essentiam & voluntatem, hoc est, actionem volendi, seu voluntatem Dei usum idemque esse affirmare. Et huius alibi. Nec in hoc dissimilis est ejusdem farina: Doctor Socinus tract. de Deo &c. pag. 92. *Aliud, inquit, est Deus ipse, aliud virtus ipsius.*

Audi & in hoc non minus absonta, & Deo prorsus indigna docentem Martinum Lutherum lib. de Concil. & in Confess. de cana domini, ubi prefatæ affirmat Christi divinatem esse passibilem, inō & re ipsa passam. Theodore illa phrasis, *Christus in quantum Deus impassibilis est, nunquam ferenda est;* effatum est commune Lutheri & Selneccero, Gerlachio, Smidelino, Ilsebrio, Musculo. Consideret hac serio quisquis Sectis illis salutem suam fidendant putat.

Supposita Dei immutabilitate illa quam Catholici profertur, *Liberatem* Deo ademptam volunt Remonstrantes, de quo illos vehementer inculant Contra-Remonstrantes. Sic loquitur Vorstius lib. de Deo pag. 448. *Deus panam non nisi aliquatenus invitus, hoc est, cum quadam animi tristitia & displicentia infigit.* Aliter sane Augustinus lib. 5. de civit. Dei, cap. 10. *Dicitur, inquit, Deus omnipotens, faciendo quod vult, non patiendo quod non vult, quod si ei accideret, nequaquam esset omnipotens.*

Impeccabilitas Dei manifestè destruitur per hoc quod Contra-Remonstrantes, secuti Lutherum, & Calvinum, illum assertant esse authorem peccati, quod hic supra ab initio ostensum est. Declaratur illud breviter hoc Syllogismo. Qui Deum facit authorem peccati, negat il-

lius impeccabilitatem: Atqui affecti illi Calvini ac Lutheri faciunt Deum authorem peccati, ad illud impellendo, ac necessitando: Ergo negant illi Dei impeccabilitatem. Annotemus hic unum, ex pluribus, Calvini effatum brevissimum lib. 3. instit. cap. 23. §. 8. *Lapsus est primus homo, quia Dominus ita expedire censuerat.* Et ne intelligas de voluntate Dei tantum permisiva, prohibet ipse Calvinus lib. 1. cap. 18. §. 3. *Item, inquit, satis aperit ostendit, Deum vocari eorum omnium authorem, que isti Ceniores voluntatio tantum ejus permisso contingere.* De veracitate & sinceritate Dei, accusant Remonstrantes non recte sentire Contra-Remonstrantes. Hi tamen videri possunt Calvinio conformes, qui modum Dei a-gendi sic describit: lib. 3. Instit. cap. 24. §. 13. *Ecce vocem ad eos dirigit, sed ut magis objurdescant: lumen accentuat sed ne reddantur caciores: doctrinam profert, sed quā magis obstupescant: remedium adhibet, sed ne sanentur.* Demum ad praedicta generatius adverte, si quando visi sunt illi paulo aliter loqui, deprehensoris esse vel fucum facere voluisse, vel contradictionis convinci.

Sapiens, & bonitas, & justitia, Deum velle spoliare Contra-Remonstrantes, contendunt Remonstrantes, idque ex eorum doctrina deduxit Jacobus Arminius & Hollandia. Ordinibus demonstravit in declaratione sent. de pre. deft. Ecce inter quas procellas, & errorum fatales charybdes Navicula religionis Batavicae nontandum miserè fluctuat, sed pridem submersa est, de quibus præter memoratos Maxim. Sandeus, aliqui quædam fusi deducunt.

Ex his facile colliges primum, Antilogias manifestas Doctrinæ Batavicorum circa prima & essentialia Religionis Christianæ fundamenta. Secundū, illa nullatenus posse consistere cum veritate & unitate Fidei Christianæ ad salutem necessariò requisita. Tertiū, Neminem his perspectis, sine summa temeritate, posse suam salutem æternam credere Sectis sic fluctuantibus, ac diffidentibus in ipsis primis fidei Christianæ principiis, ubi ante oculos haber Ecclesiam Romanam ab ipsis Apostolorum temporibus in unitate fidei toto semper orbe diffusam, & aliis veræ Ecclesie Notis manifestis insignitam, quas supra Partis I. cap. 3. demonstravimus.

ARTICULUS III.

Confusio & discordia tot Sectarum que ex Lutheranismo, & aliis prodierunt.

Non potest esse unitas, aut veritas Fidei in Ecclesia Lutherana, cuius præcipua membra & quasi primi Apostoli, in sua doctrina neque cum Luthero, neque inter se concordant, sed ubi mox prodierunt, in Sectas varias sibi Luthero, ac Evangelio contrarias degenerarunt, ut hi aperitè demonstro.

Ac primo, ipse Lutherus in Saxonia circa annum 1517. ubi matrem suam Ecclesiam Romanam viperino more laniare exorbius est, mirum dictu in quo se figuræ moresque transmutaverit, ut novum aliquod Religionis monstru efformaret. Etenim ex ipso non Secta unica, sed tres immundi Spiritus (quales Apocalypsis cap. 13. dicuntur exire de ore pseudo-Propheta) primo velut partu prodierunt. His sunt Homologisti, Anabaptisti, & Sacramentarii. Et quia tres sunt qui veritati testimonium dant in terra, Spiritus, Aqua, & Sanguis, Baptismum Aquæ inquinarunt Anabaptisti, Spiritum veritatis

veritatis in potestate Clavum oppugnarunt. Homologistæ, Sanguinem Domini profanarunt Sacramento, ne ullum veritati testimonium in terris integrum permaneret.

At ecce ex *Anabaptistarum* Spiritu cænoso quo illico Sectæ, veluti totidem ranae, pullularunt. Ex his enim alii à cæteris divisi se *Adamitas* appellant, quod Adamum in stitu innocentia se imitari profeantur. Alii dicuntur *Sabbatharū*, quia Sabbathum more Judæorum, non diem Dominicum colendum esse docent: neque de Christi divinitate rectè sentiunt, ad Judæorum Messiam proclives. Alii se *Clancularios* Christianos vocant, quod existimant libi sufficere fidem suam clam solo corde profiteri, & si rogentur an sint Anabaptistæ, licere id ad vitandum periculum aperte negare. Alii contra *Manifestarū* nuncupantur, qui prorsus impium esse docent, si rogentur, le Anabaptistas inficiari. Sunt & alii dicti *Tacentes*, qui nolunt amplius esse docendum aut prædicandum, eo quod mundus jam indignus sit, ut verbum Dei audiat. Sed & alii repudiuntur dicti *Enthusiastæ*, eo quod jacent se divinis revelationibus iurus è celo doceri, ac diu velut mortui jacent, quasi interea divinis colloquiis fruerentur.

Jam vero ex secunda Lutheri sobole, qui sunt *Sacramentarij*, quanta Sectarum colluvies effluxerit inspiciamus. Cum enim Lutherus scribens contra Leonem Pontificem, & in Libello de formula Missæ doceret in Eucharistia neutram speciem, sed solam Sacramenti fidem ad salutem sufficere, occasionem præbuit Carolostadio, & Zwinglio, ut de hoc Sacramento Berengarii hæresim renovarent. Hinc igitur orti *Zwingiani*, qui negant verum & substantiale Corpus Christi in Eucharistiæ Sacramento continent.

Verum de hoc dogmate en quanta mox inter illos dissensio oborta est; quod pene capita, tot de vero hujus dogmatis sensu sententiae prodierunt. Alii ex Zwinglianis dicti sunt *Significativi*, qui Christi verba, Hoc est Corpus meum, sic intelligi volunt, ut verbum, Est, idem sit quod significat Corpus meum. Ast ali dicti *Tropistæ*, qui verbo, Est, in propriis significatione relicto, contendunt tropum esse admittendum in voce, Corpus, ut intelligatur tantum in Eucharistia Corporis figura. Ab his omnibus dissentient *Energici*, qui ut proprius ad verba Christi accedere videantur, Corpus Domini dicunt intelligi debere per metonymiam, pro energia Corporis Christi, hoc est, pro effectu quod Corpus Christi in Cruce oblatum in nobis operatur, & cum his sentit Calvinus. Alii dicti *Arabonarii* statuunt aliud ab his omnibus diversum, nempe Cenam Domini præberi tanquam arabonem, investituram, aut pignus Corporis Christi nobis donati. Præter hos sunt & alii ex eadem Lutheri sobole qui Corpus Domini in Eucharistiæ omnino adeste concedunt. Verum & inter illos quanta in uno puncto fidei discordia! Alii admittunt Corpus esse sub vero pane illic permanente, alii in pane, alii circa panem. Prolixum foret vel de hoc uno fidei mysterio cæterorum pugnantia inter se deliria recensere. Ex quibus luce meridianâ clarius ostenditur, Lutheri Sectam non veram Ecclesiam, sed errorum inter se dissidentium fœcundum esse seminarium.

Tertius errorum Spiritus quem evomuit Lutherus fuerunt *Homologistæ*, cuius Sectæ præcipuus semper scopus fuit Sedem Apostolicam, & in ea potestatem Clavum à Christo traditam funditus evertere; in hanc Confessio Augustana, & cum ea Melanthon torus confipiat. Sed & hi *Confessionistæ* in plures Sectas dividuntur, ex iis enim alii dicuntur *Rigidi* quorum duces erant Illyricus, Gallus, Morlinus &c. qui profitentur se Lutheri dogmata integra & inviolata tueri, ut nullum esse homini liberum arbitrium, opera bona non esse necessaria ad salutem, ritus & ceremonias omnes ab Ecclesia exterminandas, & alia que à Luthero dubiè pronuntiata, ab illis, in summo rigore defendenda suscipiuntur, Quin & ipsi *Rigidi* in varias factiones, & opinionum portenta dilectantur, ex quibus prodierunt *Antinomi*, *Samofatenenses*, *Inferiani*, nec non *Antadiaphoristæ*, qui nullas ceremonias veteres, sed aliquas tantum novas admittunt, & *Anticalviniani* qui contra Calvinum credunt verum Christi Corpus in Eucharistia contineri, ac *Bisacramentales* qui duo tantum statuunt Sacraenta, Baptismum, & Cenam Domini; ac *Trisacramentales*, qui tria Sacraenta admittunt. Plura alia inter Rigidos pullularunt Sectarum portenta tam re, quam nomine formidanda.

Rigidis opponuntur *Confessionistæ Molles*, quorum Princeps fuit Melanthon, cui inter præcipuos hujus Sectæ duces accessit Major, Fursterus, Pomeranus, neo-Theologi Lipsienses. Hi contra Rigidos docent dari in homine liberum arbitrium, & post Fidem, bona opera saltem minus principaliter ad iustitiam requiri. Sed, quod hæresi proprium est, nec isti quidem in fideli sua fundamento concordiam colunt. Alii enim *Majoristæ* dicti, quia Majorem ut ducem sequuntur, docent absolute bona opera ad salutem esse necessaria. At *Adiaphoristæ* repugnant in hoc, quod afferunt Ecclesiæ constitutions ac ceremonias esse res indifferentes; quas licet sit pro arbitrio admittere, aut repudiare. Alii inter Molles sunt *Quadrissacramentales*, qui ex seipsum, quatuor Sacraenta recipiunt, Baptismum, Eucharistiam, Claves, & Sacrum Ordinem. Alii *Luther-Calviniani*, qui Berengarii dogma de Eucharistia sic temperant, ut periuadere velint Calvini hæresim Sacramentariam in Confessione Augustana à Principibus Lutheranis approbatam esse, ut ipse Calvinus in sua aduersus Westphalam admonitione de Melanthone testificatur. Alii dicuntur *Medi-Osiandrii*, quia cum Osiander hominem essentiali Dei iustitia justum esse docuerit, & contra *Illyricani* assertent hominem solum imputative justum haberi, correxerunt utrosque Medi-Osiandrii, quasi mediâ viâ docentes, hominem quidem in hac vita tantum imputative justum reputari, in vita autem beata illum fore justum è iustitiâ quâ ipse Deus per essentiam justus exiit. De his ac pluribus aliis Molles illi Lutheri asseclæ inter se non molliter digladiantur.

Ab his ac Rigidis recedunt *Confessionistæ*, qui *Recalcitrantes* dicuntur, eo quod contra ipsum Lutheri doctrinam ausi sint aperte calcitrare: & quamvis nolint omnino à Confessione Augustana decire, sic tamen contra priores Sectas, ac contra se mutuo in multis decertant, utin alienis castris militare

Alsde
kin

Rheo.
logia

DIV

litare videantur, quales sunt Ofiandini, Stancariani, & liique quorum dogmata non recenseo.

Hæc tantum pauca unius Sectæ Capita ex fidis Scriptorum monumentis collegisse, atque in hunc ordinem claritatis causâ redigisse sufficiat. Ut quisque propriæ, aut alienæ saluti confuturus, dilucide perspiciat, ex uno Lutherio ejusque triplici Secta, quot iterum nova Secta inter se toties disflecte, rese & que assiduo pullulaverint: quæ in perpetuis dogmatum, animorumque diffidisi natæ, & adulæ, potius palestræ alicuius gladiatoria, quam unius Ecclesiæ speciem habent.

Sed nondum finita sunt istæ Sectarum diffensiones, Transiunt ad modernos Neptores cum antiqua hæresi nova dogmatum diffidia. Hæc inter Hollandiæ Ministros hodie flagrantia, eleganti stylo describit *Fridericus Spanheimius* apud ipsos Sectarios Sacramum literarum Professor, in *Epistola ad Amicum*, de novissimis illic circa Res Sacras diffidiis, edita Lugduni Batavorum hoc anno 1677.

CONCLVSION.

ET verò ex harum Sectarum discordiis quot nata fuerint per Europam prælia, quot bellis ac cædibus lacerata Germania, loquuntur & tatis nostræ historia, ac superiorum temporum ferales ruina. Quis enim ignorat ab ipso exordio quid per Germaniam accedit in rusticano Lutherenorum tumultu, qualia inter confederatos Tigurinorum prælia exarserint, quo pæcto harum discordiarum occasione Prussiam Germaniæ eripuerit Polonus, Solymannus Hungariam, nec Suecus pauciora vastaverit. Per Galliam verò, & florentes olim Belgarum Provincias, quam internecinis odiois hæc Sectarum furia sacra omnia ac profana misuerint, testantur adhuc recentia non minus odiorum, quam præliorum vestigia. Sed quid antiquiora memoramus? Non portuit toto Oceano cohiberi illud rapidissimum Lutheranicu[m] furoris incendium, ne Angliam universam novis diffidiis, bellis, ac cædibus inflammarerit. Recenti adhuc memoria[rum] retinemus, quam infestis in se invicem odiois, atque armis incurserint Protestantes, Puritanî, Presbyteriani, Independentes, atque ex eodem Germine, Sectarum de novo nascentium confusa progenies: quæ ad illum furoris apicem progressa est, ut non dubitaverit supremum Religionis sua Caput excutere, ac dicatas sceleri manus Regio sanguine cruentare.

Et erit etiamnum aliquis adeo fatuus & excors, ut serio in animum inducat suum, infinitam Dei Sapientiam reformandæ sua Ecclesiæ hanc hæresim inter se munito disjectarum atque armatarum colluviem in orbem immisisse. Quæ cum antiquam Ecclesiæ evertat, neque per se novam, nisi merè Babyloniam constituat, quid aliud restat, quam ut omnem Christi Ecclesiæ ē mundo elimeret. Quis igitur erit, nisi rationis penitus expers, qui libi finat persuaderi, huic portentosa tot capitum Hydra Spiritum inesse divinum, qui audiū debeat, contra autoritatem & vocem totius Ecclesiæ Romane, quæ constanti Sedecim sectolorum decursu suam Fidem, cœlestibus signis comprobata, summo animorum, dogmatumque consensu, per orbem pœnæuniversum propagavit.

Reftat igitur ut ex his Sectarum dogmatumque diffidiis haec tenus explicatis, hoc porro firmum, in-

viçtumque conficiatur argumentum. Tota illa Sectarum collectio pro primo sua fidei articulo profitetur, se missam à Deo ad reformatum Ecclesiam Romanam. Sed collectio Sectarum sibi mutuo contradicentium non potest esse vera, aut reformatrix Ecclesiæ, ut jam ostensum est. Ergo moderna collectio Sectarum, quæ profitetur se missam à Deo ad reformatum Ecclesiam Romanam, non potest esse vera Christi Ecclesia, aut reformationi idonea. Sic enim curvitas esset norma recti; & falsitas, & contradictione regula perfectæ veritatis. Videat ergo in quanto salutis æternæ naufragio veretur, quisquis extra gremium Ecclesiæ Romane inter has Sectarum syrtes miserè fluctuantur.

ARTICULUS IV.

Calumnia quedam aperta contra doctrinam Ecclesiæ Romane à Novatoribus confite.

Calumnia prima: In cultu Imaginum.

Familiale est Sectarii quamvis labem Catholicis aspergere, quâ apud ignarum populum deformes aut monstroſi apparent. Colunt hi veterusto majorum ritu imagines Christi ac Sanctorum: hinc facunda seges Calumniarum. De Papistis, inquit, conclamatum est: fugienda hæc hominum pestis: non tantum impii sunt, sed etiam Sacilegi, neque sacrilegitant, sed etiam cultores idolorum; Christiani hominum nomen exuerunt, cum ethnicis insaniunt, infidelium more lapides, & ligna adorant.

At tu, Sectarie, Calumniam loqueris quovis lapide & ligno crassiore. Orant Catholicæ ad statuas lapideas Sanctorum, infers, ergo statuas lapideas adorant. En tibi in simili forma formofum argumentum: Orant Sectarii in templis ad Aras aut Columnas lapideas, ergo lapideas aras aut Columnas adorant. Errore isto nos facile liberabis, si tu prius errare desinas. Fides nostra est, cultum divinum nulli creatura deferendum; si tu aliam nobis invitî affingas, tuum istud figmentum, non nostra religio est. Imaginem Sancti hæratione veneramus: primò ut ea conpesta ad cultum sancto absenti deferendum moneamur, sicut tibi, Sectarie, visa in conclavi tui Regis effigie subi animum grata quadam ac venerabunda beneficî. Principia recordatio. Hoccine tibi novum crimen, & inauditum genus Sacilegii? Altero modo imagines ipsas in honore habemus, quia Sanctos homines, & Deo charos repræsentant: si ut tu, Sectarie, Bibliorum volumina, quamvis ex charta & atramento conflata, præ aliis libris in honore habes & oscularis, quia in illis descriptum Dei verbum continetur: neque sua altari aut calcibus in facris litteris derogatur veneratio, quorum Sacilegum abusum in Rege Balthasare cœlestis ultio vindicavit. Quidquid verò nos Sancti in Imagine deferimus, id volumus universum in Deum ipsum redundare, cuius unius gratia præ aliis homines Sanctos honore profequimur. En quo recidit immanis illa Papistarum impietas, & per cum Ethnicis cultus idolorum.

Esto, inquires, ista ratione Catholicæ quidam doctiores à cultu Imaginum idolatriæ maculam detergant, at populus passim eo errore dementatur, ut credat imaginibus Numen aliquod, aut poterit.